Beatissime ac. Arbitramur S.em V. singularem, et fidelem nostram
observantiam, qua ipsam prosequimur; et quantifacimus paternam
auctoritatem suam, hucusque multis in rebus luculenter perspexisse;
atque etiam agnovisse, quod non dubitamus, ea, quae nobis interdum occur-
runt, gravia, atque difficilia, praesertim in rebus, ad religionem Dei
spectantibus, ad S.em V. libere, et ingenue referre. Eo nostro fidei,
et candido in S.em V. studio inducti, id praetermittendum duximus,
quin nunc quoque S.em V. per Commissarium, et oratorem nostrum,
magn.um fidelem, nobis dilectum Drosseum Comitem Arbi; certiorem
redderemus, de his quae modo hic gerimus, cum duobus haereis nostri
Archiducatus Austriae infra Anasum oriundis, baronum scilicet
et nobilium; et eiusmodi nos consilia, in tanta rerum omnium
perturbatione, et multarum sectarum, quae hanc nostram provin-
ciam oppressorunt, confusione, cupere, extrema necessitas impulit
atque vehementer desideramus S.em V. ita aequis auribus
percipere, et paterno illo perpendere; ac omnino persuasum
habere, nos, si nolimus religionis catholicae religionis, quae
adhuc superest, in hac praedicto nostro Archiducatu Austriae
non usque adeo contemnendas, et negligendas conservare, maximam
defectionem praecavere, ac exsecrarium in diris plurimarum
detestabilium haereseum collucionem inhibere, et coprimere, et
denique hanc ipsam provinciam, adhuc hominis, aliorumque
christianorum Regnorum, et Dominorum propugnaculum a per